

Wd
2246



5.33,1



5. 33, 1.

Wd
2246

SERENISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ
DOMINÆ

MARIÆ ELISABETHÆ,

Ducis Saxoniae &c. &c.

natae Ducis Brunsvigae & Luneburgi,

illustrissimas Exequias,

quas

desideratissima heu! quondam Conjugi

CELISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS,
DOMINUS

ALBERTUS,

Dux Saxoniae, Juliae, Cliviae & Montium,

Landgravius Thuringiae,

Marchio Misniae,

Princeps Comes Hennebergiae,

Comes de Marca & Ravensburgo,

Ravensteinii Dynasta &c. &c.

DOMINUS AC NUTRITIUS SUUS CLEMENTISSIMUS.

mœrentissimo animo

magnificentissimo apparatu

hodie apparat,

Civibus suis,

pariterq; Sacra funeralia Gymnastica,
solenni ritu instituenda,

Omnibus in hac urbe Literarum

Patronis & Cultoribus

publica hac charta

intimat

Illustre, quod Coburgi est, Gymnasium.

~~~~~  
Ibidem exprimebat JOHANNES CONRADUS MONACHUS.

BIBLIOTHECA  
UNICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

Coburg

1, 919.



SEVERISSIMAE PRINCIPIS AC DOMINAE  
DOMINAE

MARIAE ELISABETHAE

DUCIS SAXONIAE &c. &c.  
NATAE DUCIS BRUNSVIGAE & LUNEBURGII  
ILLUSTRISSIMAE EXCELSAE

CELESTISSIMAE PRINCIPIS AC DOMINAE  
DOMINAE

ALBERTUS

DUX SAXONIAE, JULIAE CIVIS & MONTANUM

LANGRAVIUS THURINGIAE  
MARCHIO MILITIAE  
PRINCEPS COMES HENNEBERGIAE  
COMES DE MARCA & RAVENSBURGO  
RAVENTHEIMII DYNASTAE &c. &c.

DOMINUS AC NUTRITIVUS SUUS CLEMENTISSIMUS

maximam animo  
magnificentiis apparet  
hoc apparet

Civibus suis

participat; sacra funerals Gymnasialis

solenni rite instituenda  
Omnibus in hoc m. b. l. curam

Patroni & Curatores

publicae hae charae

Illustre, quod Coburgi est, Gymnasium

Idem experientiae JOHANNES CONRADUS MONACHUS



Hem!  
tristem rerum catastrophem!  
Meditabamur læta & damus tristia!  
Utrorumq; eadem materia:  
CELSISSIMA PRINCEPS ET DOMINA  
DOMINA  
**MARIA ELISABETHA,**  
*Ducissa Saxonie, Julia, Clivia & Montium: &c. &c.*  
*nata Ducissa Brunsvigæ & Luneburgi.*

per latissimum anagramma  
**ALBERTI AMASIA CASTISSIMA**  
læta hujus Provinciæ Salus, cœli gaudia ingentia,  
Divis decus, mundo jubar celebre  
& nemini non spes maxima.

Nascebatur  
**SERENISSIMÆ PRINCIPIS**  
natalis  
cœli filia, gaudiorum parens, spes votorum:  
commune omnibus nascebatur gaudium:  
exultabant pompis spectaculorum lætissimorum splendidissimis  
Theatra:

*Musa Nostra*  
in eadem proditura vota concipiebant amplissima.  
Antevertebat eidem  
subnata valetudo minus valida,  
naturæ privigna, votorum noverca, gaudiorum desperatio:  
hinc lacrymæ, suspiria, supplicationes:  
circumsonabant templa & Altaria votis pro vita & sanitate calidissimis:  
*Musa Nostra*

pro averruncandis tristioribus omnibus cœlum implorabant.  
Non nostris

**OPTIMÆ PRINCIPIS**

desideriis  
satisfactorum Sapientissimum cœlum  
natali terræ natalem cœli substituit:  
inconstantissimæ vitæ natalem inconstantissimum  
constantissimus constantissimæ vitæ natalis abrogavit,  
læticiæq; materiam in tristitiæ argumentum convertit.

Etenim  
denata terris, nata cœlo XV. Februarii est  
CELSISSIMA PRINCEPS ET DOMINA  
DOMINA

**MARIA ELISABETHA,**  
*Ducissa Saxonie, Julia, Clivia & Montium: &c. &c.*  
*nata Ducissa Brunsvigæ & Luneburgi.*

tristioriꝫ; anagrammate,  
digna stamine vitæ aureæ longissimo ex rabidæ Libitinæ  
spicula, sub ipsa annua natalium sacra, cecidit:  
hem justum dolorem! En sis vices!

Hinc  
denatum publicum gaudium, natus luctus publicus;  
gaudiorum theatra in theatra doloris  
conversa:

ut tamen amphitheatro æternæ gloriæ inferendæ

**COELESTI PRINCIPI**

curas illas non sinè omine prælusisse videas.

**INNOCENTIÆ TRIUMPHUS**

**SUSANNÆ**

erat agendus.

Formam, mentem, Fortunam quaris?

nomen inspicce:

Quid Susanna nisi Rosa?

Florum regina, Reginarum flos:

semper suaviss, armata, innoxia, oppositis cepis fragrantior.

**INNOCENTISSIMA PRINCEPS**

verè Susanna, verè Rosa:

ejusdem formæ, ejusdem mentis, ejusdem & diversæ fortunæ:

inde decolor, unde color,

decerpitur, sed fragrantior; transponitur, sed venustior:

ex spinis, sinè spina, spinæ nihil habet, nisi quod non habet,

pungens terras, ornans cœlos, florens æternitati

**COELICÆ INNOCENTIÆ TRIUMPHUM**

fortunatissima egit.

**PIETATIS ONERATÆ SPECTACULUM**

**DANIEL**

exhibendus,

agnus inter leones, leo inter agnos:

intus & extra candidissimus, actione potius quam nomine agnum offensus,

Sanguinariorum tyrannide laporum exagritus,

ipso salutis tramite ad perniciem viam pandente,

fame furibundis leonum faucibus agnina esca deputatur:

Ast ubique leo

suam DEO fortitudinem custodiens fortitudine DEI custoditur:

ut, qui agnus in leonem versus, cœdi quam cedere maluerat,

Leones in agnos versus cedere ne cœdant deprehenderet.

**PISSIMA PRINCEPS,**

Ex leonibus agnus, ex agnis leo,

tota candida, tota animosa, tota constans

hominivoro leoni

obvia quæque, optima quæque rapienti,

ineluctabili naturæ lege,

præda objecta

agni sanguine animata leoninum ingenium sumsit,  
perque mortem mortis victrix  
quem alii horridum ipsa melleum habuit,  
ex forti dulcedinem petens  
per leonis hiatus, mortalium sepulchrum,  
ad thronum agni, beatorum delitium, penetrando,  
**PIETATIS CORONATÆ SPECTACULUM**  
honoratissima exhibet.

Atque sic  
illustris nominis, mensuram exactè explet:  
quippe quæ  
Susanna vitæ castimonia, æmula Danielis probitate,  
ex hacce mundi miseria libens digressa in summa cœli subiit gaudia.  
Jo! superna lucet!  
qualis, literis inter se transpositis, est

**CELISSIMA PRINCEPS ET DOMINA  
DOMINA**

**MARIA ELISABETHA,**

*Ducissa Saxonie, Julie, Clivie & Montium: &c. &c.  
nata Ducissa Brunsvigæ & Luneburgi.*

**CHOREARUM ILLUSTRIVM TRIPVDIA  
MUNDVS**

promittebat,  
in quadripartitum ætatis templum,  
duodecim suis ornatum columnis,  
quarum singulæ triginta quasi trabibus innituntur,  
supernè duobus affulgentibus luminibus,  
infernè mare & fœmina circumcursitantibus,  
annum, cum suis partibus,  
Hyemem, Ver, Æstatem, Autumnum,  
Menses duodecim  
Solem & Lunam  
Diem & Noctem  
inter cantus & saltus introducturus.

**DIVA PRINCEPS,**

non tempori, sed æternitati, non mundo, sed cœlo consecrata  
alati temporis,  
quod volat & manet, revertitur & non revertitur, devorat & revomit,  
gignit & absomit, semper idem & semper diversum,  
cultum adspersata,  
mundi templum excedens alas sumsit,  
**Luna, Sole, Sideribus, purior, splendidior, superior,**

diem sine nocte,  
Solem sine Luna,  
Ver sine vicissitudine,  
Vitam absq; tempore sortita,  
inter choros beatissimorum Spirituum  
**ÆTERNA CHOREARUM COELESTIUM TRIPUDIA**  
*letissima celebrat.*

Hem!  
diversam rerum catastrophem!

**BEATISSIMA PRINCEPS**

tripudiat, exultat, gaudet, ridet, honoratur,  
triumphat:

Nos  
pulverem lambimus, capita demittimus, dolemus, lacrymamur,  
oneramur, ejulamur.

Alt,  
quid nostra hæc omnia attinent  
**DESIDERATISSIMAM PRINCIPEM?**

Laudes luctibus intercinendæ, elegiæ elogiis confundendæ:  
attollenda est, quæ effertur,  
si altius attolli potest, quæ supra fortunam sedet.

**CELSISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS**  
**DOMINUS**

**ALBERTUS,**

*Dux Saxonie, Julia, Clivia & Montium,*

*Comes provincialis Thuringie,*

*Limitaneus Misnie*

*cum principali dignitate Hennebergie.*

*Comes in Marca & Ravensburgo,*

*Ravensteinii Dynasta &c. &c.*

**CONJUX DESOLATISSIMUS,**

amore olim concors, nunc excors dolore,

unicum doloris solatium nactus dolorem,

**CONJUGI EXOPTATISSIMÆ,**

pro lacrymarum illecebra pompas instituit exequiales solennissimas,

tumulumq; ponit magnificentissimum:

neq; enim magna merita magnus saltem mæror, sed major  
honor sequitur.



Nemo non Subditorum

**MATRI PATRIÆ BENIGNISSIMÆ,**

juxta infelix lacrymarum, felix glorioſæ memoriæ  
vectigal ſolvit.

*Muſa Noſtra*

quemadmodum

**PATRONAM LITERARUM PRINCIPEM,**

qua debuerunt pietate vivam coluerunt,

ita, qua poſunt, redivivam reſtituent;

Siquidem tam alta virtus tam imas laudes audit,

Ejuſdem, virtutumq; , quibus præſtitit, perenni memoriæ  
panegyricis orationibus Sacra facturæ.

Quam in rem

per illuſtris Gymnaſii Directorem

*Johannem Auguſtum Stempel, S.S. Theol. D. & P.P.*

benè natam, melius nuptam, optime denatam

**FORTUNATISSIMAM PRINCIPEM**

deprædicabunt:

Per Juvenum verò par egregium,

alterum

Generoſitatis & eruditionis ſplendore eximium

*Casparum à Stein, è libera Franconiæ nobilitate Equitem,*

**SANCTISSIMÆ PRINCIPIS**

**Pietatem,**

alterum

Et ſua & Majorum virtute nobiliſſimum

*Fridericum Paulum Hönn, Coburgensem,*

**INDULGENTISSIMÆ PRINCIPIS**

**Clementiam**

celebrabunt.

Vos autem,

Juvenes Gente & mente nobiliſſimi,

quod veſtra vos ſpontè facturos norunt, publicè monent;

**DOMINO ET NUTRITIO CLEMENTISSIMO,**

Subjectiſſimum debite *supra Deos* affectum,

**PRINCIPI MERITISSIMÆ,**

ultimum perpetui honoris debitum

perſoluturi,

lugubri cultu & habitu

**ILLUSTRISSIMUM FUNUS,**

ex Aula Ducali ad Templum Mauritianum ducendum

frequentes ſequamini.

307/2246

Nec minus

# IPSUM SERENISSIMUM PRINCIPEM

devotissima submissione venerantur,

- Aula proceres Generosissimos,*
- Regiminis Patres Magnificos,*
- Sacrorum Antistites Reverendos,*
- Doctores Suos Excellentissimos,*
- Jure Consultos Nobilissimos,*
- Medicos Experientissimos,*
- Curia Senatores Prudentissimos,*

*Literatorumq; omnium ac singulorum nomina clarissima humiliter, observanter, officiosè, peramanter invitant,*

**Solennitatibus illis suis funeralibus expectatissima praesentia favcant,**

loco & tempore per Famulum & as campanum Gymnasii significando.

**Tu, Fama, applaude, subsiste & respira.  
Non semper nubilum est caelum.**



P. P. Die XII. Aprilis, Annò x. v. M. DC. LXXXVII.



mi



EM

FC



TI

ULB Halle 3  
004 956 524



*Handwritten signature or initials*





diem sine nocte,  
 Solem sine Luna,  
 Ver sine vicissitudine,  
 Vitam absq; tempore sortita,  
 inter choros beatissimorum Spirituum  
**ÆTERNA CHORUM COELESTIUM TRIPUDIA**

**BE**  
 tri

pulverem l

**DESIDE**  
 Laudes lu  
 si alti

**CELSIS S**

**Dux**

**CON**  
 am

**CONJ**  
 pro lacrymaru

hen!

**INCEPS**  
 honoratur,

lemus, lacrymamur,

**PRINCIPEM?**  
 inent  
 ogiis confundendæ:  
 ur,  
 rtunam sedet.

**AC DOMINUS**

**U S,**  
 Montium,

ingia,

nebergia.  
 sburgo,

Ec.

**TISSIMUS,**  
 ors dolore,

dolorem,

**TISSIMÆ,**  
 æquales solennissimas,

tumulumq; pont magnificentissimum :  
 neq; enim magna merita magnus saltem mœror, sed major  
 honor sequitur.

